

enim secundo primi libri sic scribit: *Hæc vero quinta essentia, sic circulo acta & rectificata, non illo præditæ odore fuerit, nisi corpus sit destillatum in eâ.* Unde constat: Portam tales quintam essentiam vini, non è fornaculis, sed ex scriptis Lullii & Rupescissæ, male intellectis, depromsisse.

$\alpha$  quale est *Hispanicum.*

$\beta$  ut quarta pars maneat.

$\gamma$  in phlegmate vini rectificati.

$\delta$  ipsi, seu sali, per ignem rotæ ad albedinem usque.

$\epsilon$  Et levè calore balnei destilla, prius digerendo, prodit solum phlegma insipidum; postea adde septimam partem spiritus animati.

$\zeta$  hoc est, terra foliata alba.

Est & alia quinta vini essentiae preparatio, Quinta cuius etiam in præcedenti capite mentionem vini essentiam fecimus; sed compositum magis, ex vino scilicet tia compo-generoso, & urinâ à pueris 12. annorum, aut sita circiter natis, vinum bibentibus, collectâ, que ad aurum potabile conficiendum egregie valere creditur. Ejus apparatus genuinus talis est. Primo fiat ex generoso vino spiritus seu alcohol, sine omni phlegmate, hoc modo: generosum vinum, quale est *Hispanicum*, primo in clauso, sed capaci, vitro, aliquandiu, vel infimis, vel in ejus vicario B. M., digeritur: postea ex eodem